

nisteriales. Tit. De pacetuenda, & Lombard lib. 2. Tit 32.

Quos & clientulos.) & Armigeros, Germanicè olim Wapeling & Edel knechte.

Murice.) quæ Purpura est, ἀλυσζόν Græcis, de quo Hadrian. Junius lib. 2. Animadvers. cap. 2. Ex qua etiam conficiebatur rubrica, qua soli Principi uti fas erat, Encauftum dicebatur. L. 6. C. de divers. re- script. Nicetas βασιλικῶν βασιλικῶν vocat, & ἐρυθρόγραφον. Quamvis aliquando & auratis literis scriberet, ut apud Zonaram To 3. fol. 140. δι' ἐρυθροῦ χρυσοσημάνει. Privati enim alaba scribebant sive atramen- to. Hesychius: ἀλαφα, μέλαν ὀ γράφομεν.

CAPUT XIII.

Pag. 119. Militarem disciplinam.) Multa in hanc rem Johannes Salis- beriensis lib. 6. Policratici cap 14. & seq.

Miles à militia.) Hunc Ulpiani locum eleganter exponit Scipio Gentilis amicus noster in originib. verbo, Miles, Exercitus.

Pag 120. Examinabantur an.) Hic est ille delectus militum tanto- pere necessarius de quo Polycraticus ibid. cap. 2. & seqq. & egregiè cordatus homo Justus Lipsius lib. 5. Politic. cap. 8.

Iuramentum.) Sacramentum militare, de quo ibidem Polycrat. cap. 27.

Stigm.) Fallitur hic auctor. Pro quo supponamus certam olim in tyrone legendo proceritatem & corporis justam mensuram re- quirere solitam, quod notavit Cujacius lib. 21. observat. 5.

Milites nostri.) Eos vult dicere, qui equestri dignitate à Principe sunt insigniti, quos Equites auratos vocamus. De quibus extat pe- culiaris tractatus Petri Calefati. IC excusus Mediolani 1581.

At plurimi.) In quos acerrimè invehitur M. Cornelius Agrippa, De vanitate scient. cap 80. & seq.

A Principe in Camera forte.) Vel obiter inter solemnia coronatio- regis. Singulare exemplum equitis à Sismundo Imp. Parisi in me- dio Parlamenti confessu ex tempore creati, refert Guilielmus Para- dinus lib. 2. Histor. Lugdunens. cap. 92.

Pag. 121. Enses consecrandos.) De hoc quoque ritum Polycraticus ibid. cap. 10. Et Petrus Blesensis epist. 49. meminit Equites creatos